



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvii Ordinis F. Minorum de
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis
neceßarium**

Cambi, Bartolomeo

Coloniae, 1606

Quomodo Passio Dominica in multas alias lectiones distribui possit. Et primum, in quas lectiones diuidi possit lectio diei Dominicæ. Cap. 15.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

Vos autem fratres, ex vnoquoque horum septem mysteriorum, alias quoque lectiones formare poteritis, easque pro vt in libris legeritis, speciatim in meditationibus Seraphici Patris nostri sancti Bonaventuræ: aut prout Spiritus sanctus vos instruxerit, in meditationem assumere, sicque totam Dominicam Passionem in minutas partes distribuere: Cuius nudam duntaxat methodum, quæ vobis exempli loco sit hic subijciam.

PASSIO DOMINICA *quomodo in multas alias lectiones distribui possit. Et primum in quas lectiones diuidi possit lectio diei Dominice.*

CAPVT XV.

PRI MA lectio in has subdividi potest: In esum Agni: Institutionem sanctissimi Eucharistiæ sacramenti: sermonem quem Christus in via cum ad hortum Oliueti proficisceretur ad discipulos habuit: scâdali prædictionem, quando eis in
mon-

monte Oliueti, ait: *Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte.* Matth. 26.

In quas lectiones distingui possit lectio diei Luna.

Secunda lectio, has lectiones sup-
peditat.

Aduentum Iudæ ad hortum Oli-
ueti: Osculum quo Iudas osculatus
est I E S V M: Occursum Christi,
quando turbis obuiam processit, &
interrogauit: *quem queritis?* Captiui-
tatem I E S V. Fugam discipulorum.
Ductionem I E S V ex horto ad do-
mum Annæ: Colaphum qui ei impa-
ctus fuit à seruo in domo Annæ. Ex-
aminationem I E S V coram Ana-
na: Ductionem illius ad domum
Caiphæ: Concursum Pontificum,
Sacerdotum, Scribarum, Phariseorum,
& omnium principum Iudaico-
rum ad domum Caiphæ: Ludibria
quibus eum irriferunt, antequam
ad quietem se darent: Petri negati-
onem: Ea quæ à seruis tota nocte
passus est: Consilium quod summo
diluculo inierunt: Ductionem
M 4. Chri-

Christi ad Pilatū: Querelas & ac-
cusationes, quas contra eum obtu-
lerunt, & Pilati responsiones.

*In quas Lectiones subdividi possit
Lectio diei Martis.*

Ex tertia lectione, lectiones &
meditationes tot formari possunt,
quot sunt ea, quæ inter Pilatum, &
Iudæos dicta & facta fuerunt: cum
Barrabæ & Christi propositione &
comparatione.

*In quas lectiones diei Mercurij &
Iovis lectiones distingui
possint.*

Quarta & quinta lectio has con-
tinent: Productionem Christi ad
populum, quando Pilatus ait: *Ecce
homo: Voces populi clamantis: Tolle.
Tolle. Crucifige, &c. Nuncium, quem
misit vxor Pilati ad eum, mandans
ne quicquam negotij haberet cum
Christo, eò quòd multa propter
ipsum ea nocte passa esset. Ablutio-
nem manuum Pilati. Sententiam
iniustam contra Christum latam.*

In quas lectiones diei Veneris &
Sabbathi lectiones diuidi
possint.

Christi Crucifixio tot lectiones
suppeditat, quot sunt verba quæ
Christus in Cruce protulit: Præ-
terea distingui potest: In dolores
Matris quando illum in præsentia
sua Cruci affigi, & multa indigna
pari, nec se tamen vllam ei opem
prestare posse cõspexi. Solis obscu-
rationem, & tenebrarum per totum
terrarum orbem diffusionem: Lapi-
dum diruptionem, dissaltum: Aper-
tionem monumentorum: Resurre-
ctionem mortuorum. Veli diuisionem.
Centurionis confessionem.
Beatæ MARIAE Virginis dolores,
Discipulorum lachrymas. Lateris
confessionem. Sepulturam Christi.

Denique singulis Dominicæ pas-
sionis mysterijs, pulcherrimæ me-
ditationes de Beata Virgine inter-
misceri possunt: donec hoc pacto
totus sanctissimæ Passionis ocea-
nus percursus fuerit.

M 5 De